



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Miracula Romæ. Cap. III.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

da, ab excessu præsertim patrata:
atque his ipsis fermè annis gesta,
quibus de IGNATIO consecrando
laboratum est, diuertamus.

IGNATII *miracula Romæ ferè
patrata.* CAP. III.

15. **Q**VO temporis momento
IGNATIVUS viuere desie-
rat, eo apud Margaritam Liliam,
feminam Bononiæ nobilem ac co-
piosam, idem conspectus palàm
est, fulgentibus circum radijs; se-
quæ ei decessisse significans, mo-
nuit vt ipsa Societatem porro fo-
ueret ac tueretur. Quæ illicò ad
Franciscum Palmium, eius Col-
legij tum Præsidentem, pro certo re-
tulit, vixisse IGNATIVUM, sibi que
liquidò visum esse. Quem & ijs
coloribus descripsit, vt si viuentem
familiariter nouisset, re autem verâ
numquam antea conspectum. Sed
non habita narranti fides, donec
allato nuntio, dies & hora docue-
re, verum dixisse.

16. Kalendis deinde Sextilibus,

L 5

quo

quo die funus elatum est, inter frequentiam accurrentium visentiumque, Bernardina quædam, proba mulier, & Societati benigna, spectabatur. Cuius filiam, annos natam quattuordecim, strumæ periculosè deformauerant. Et magnam partem facultates suas bona mater expenderat, vt filia valetudinem Medici accurarent. Sed rebus in dies peioribus, educit domo puellam; cupida funeris, quod efferebatur, tangendi, filia certam inde salutem pollicita. Verùm extrema conanti, vt accederet, nihil successit; nempe ingens hominum turba se vndique obijciebat. Ad aliud igitur consilium versa, laborat aliquod functi Patris pignus capere. Id denique nacta, in colulum puellæ iniicit, superque infesta vlcera imponit. Sic consecuta, quam mater sperarat, est sanitas; & mirantibus conscijs, filia integrè conualefcit.

17. Aliquot pòst annis, cùm pridie Kalend. Augusti corpus eius
primò

primò exhumatum, alio in loco reponeretur, biduo toto suauissimarum vocum concentiones in eius conditorio sunt auditæ.

18. Drusilla etiam Tursellina, nobili loco femina, è feбри graui-ter laborabat, quam ipsam capitis haud exigui dolores infestiores reddiderunt. Multis consilijs ad frangendam morbi pertinaciam infeliciter adhibitis, animaduersum est, mali vim prolixius interim crescere. Visum igitur, fronti cineres IGNATIANOS imponere. Nec sefellit euentus, & ægra ex inualetudine mox respirauit.

19. Ioanna Ursina, puella etiam- dum lactens, periculosè tussiebat; neque iam lac ducere, neque adeò quibat animam recipere: cum Cornelia puellæ mater, princeps femina maturauit IGNATIO infantis valetudinem commendare; precata, ne qua rei mora esset, quò planius omnes ab IGNATIO adiutã esse, cognoscerent. Lam puella noctem vnã diemque dimidium

dium infomnis duxerat : quæ tamen secundum hæc vota , illicò dormire , tussique post libera ad officium redire, atque vbera cœpit reposcere. Fixa est eam in rem pro IGNATII sepulchro tabella, opis rogatæ acceptæque index.

20. Eodem tempore Anna fuit Rogeria , cui intestinus aurium strepitus caput miserè obtundebat: isque tantus ac tam diuturnus (annuum propè tulerat) vt auris dexteræ vsum omnem illi corruperit. In eam corporis partem cum quædam IGNATII pignora immisisset, votoque anniuersarium ieiunium, sub eius natalem, ac postridie sacram Synaxin celebrare decreuisset ; pristinam valetudinem, sedato aurium tinnitu, recuperauit.

21. Domesticum est quod subiungo. Michaël Vasques (vir in Societate quattuor vota professus, ac tum in Romano Collegio studijs præfectus) die quodam Lunæ anni M. D. XCIX. incredibili lateris renamque dolore vexari est cœptus,

coeptus, cui perferendo iam ipse
 vix esset. Diffiuebat gelido sudore,
 omniq̄ue sensu propemodum de-
 fectus, victurum se desperabat.
 Multis Medicorum suppetijs, quæ
 vndique arcessiebantur, id vnum
 visus proficere, vt valescere dolor
 idemtidem crederetur. In eo dis-
 crimine Michaël allatos IGNA-
 TII pulueres piè deueneratus, ei se
 commendat. Tunc Reliquijs illuc
 admotis, vbi vehementissimè do-
 lor sæuiebat, sentit cruciatum inde
 confestim refugere: etsi idem in
 locis nondum contactis, totus re-
 staret. Igitur singillatim, omnes
 tentare insistit partes: omnesq̄ue,
 quo ordine tetigit, deinceps persua-
 dat, donec morbi indicium se nus-
 quam vllum ostendebat. Tum ve-
 rò post quartam quintamve ho-
 ram, cum nullo doloris sensu,
 cruenta lapidum fragmina eniti-
 tur. Ea, quòd carnis velut tunicu-
 lis erant implexa, indicium Medi-
 cis fecere, lapidem occultum, Li-
 psanorum vi ruptum quidem, sed,
 pro

pro eo quàm erat acutus, intimos
 meatus grauitè fauciaſſe. Verùm
 inter hæc ſurrexit illicò æger, ſecùs
 ac multi futurum æſtimarant : qui
 cenſuerunt idcirco, IGNATII pre-
 cibus rem, non humanâ ope, per-
 petratam. Et fortè negotium ei
 tunc Patri obuenerat, curâdi apud
 Cardinales de beato Parente cæ-
 leſtibus honoribus donando. Vt
 alienum minimè ſit ſuſpicari, hac
 morbi violentiâ tam repentinâ ac
 difficili, eò Michaëlem laborare
 permiſſum ; quo expertus per ſe
 ipſe IGNATII vires, ſtudioſius
 ſuam vicem in accurando negotio
 fungeretur.

22. Romæ eodem anno matro-
 nam cancer obſederat, & vber al-
 terum malignâ peſte populatus,
 iam haud diu à vitâ petendâ tem-
 peraturus credebatur. At illa ſe ad
 IGNATII ſepulchrum conſultò
 abiicit ; & aliquamdiu opem pre-
 cata, breuî poſt præſtitam ſenſit.
 Nam in paucis diebus correctâ
 mamilla eſt, & peſtilens exinde
 carci-

carcinoma sublatum. Femina eius rei indicium appendit argentum, in mamillæ speciem factum, largeque inauratum. Nec ingratus Medico maritus, de telâ argenteâ peristroma dedicauit.

23. Oriëntia postremò Casalia vterum ferebat, sed infelix nec partum (quippe iam ante incunabula emortuum) nec vitam sperare ausa; ad syngrapham IGNATII contactam, præmaturum funus eiecit; ipsa incolumis euasit.

IGNATII *miracula per reliquam Italiam facta.* CAP. IV.

24. **D**VM hæc interim Romæ geruntur, reliquam Italiam paribus miraculis IGNATIVS compleuit. In agro Lauretano sexennem puerum Medici in morbo deposuerant: cui de amiculo IGNATII centones iniecti, precesque pro eo susceptæ, medicam artē vicerunt. Quippe cœpit ocyus valescere puer, planeque à funere, quod timebatur, reuixit.

25. Ibi -